



DELICIARUM  
EPISTOLICARUM  
FESTIVALIUM

Exercitatio Prima

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO  
Rectore Gymnasij Hallensis

*Respondente*

CASPARE ALEXANDRI  
Kyrizâ - Marchico.

In

*Festo* ANDREÆ

CID. DC. XLIII.

---

HALLIS-SAXONUM  
*Typis Christophori Salfeldi.*



RECTORIUM  
FESTIVUM

Excelsio Rectori

CHRISTIANO GWINZIO

Regio quondam, illis

M. Gwinzio

CASPARI ALEXANDRI

Kyrie-Metaphor.

is

Page 1 n. 1

C. G. Gwinzio

---

HAELI SAXONIA  
Typo Gwinzio







# EPISTOLÆ


In

FESTO ANDREÆ

ANALYSIS

Rom. 10. à v. 9. usq; ad 19.

THESIS I.



*AMPLISSI-  
MUM* sapientie  
divine, uti non  
tantum elogium,  
verum etiam so-  
lemnis Festivita-  
tum est constitu-  
tio, quam & Si-  
racides c. 33, 8.  
predicat, dum  
inquit: Sapien-

tia Domini distinxit dies, & ordinavit tem-  
pora & Festa, & aliquos dies præ cæteris ele-  
git, & sanctificavit; Ita cavendum omnino, ne

A 2

AKS



aut Epicuræorum more in diem viventes divina  
constituta eludamus: Esa. 5. 12. aut superstitio-  
sâ Ethnicorum religione, impia Festa eligentes,  
sapienciam Domini justificare presumamus; Mat.  
11. 19. Luc. 7. 35. Sed ad opera ejus attenden-  
tes, & sapienciam admiremur, & ordinationem  
illius nec addendo, nec minuendo strenuè exse-  
quamur, Deut. 12. 32.

2. Propterea enim jamdum V. Testamen-  
ti quoq; Antiquitas, Festorum divinitus in-  
dictorum religiosa semper extitit observatrix,  
dum & ante Legem, Sabbathum Gen. 2. 2.  
& post Legem latam Exod. 16, 26. alias  
subinde atq; alias Festivitates celebravit; pro-  
pter 1. divinorum munerum recordationem. 2.  
propter divini verbi meditationem 3.  
propter divini Numinis implorationem. 4. pro-  
pter sacrificiorum exhibitionem. 5. propter  
Sacramentorum participationem. 6. propter  
gratiarum actionem. & 7. deniq; propter elee-  
mosynarum erogationem.

3. Erant autem illæ partim immediatè a  
Deo mandatæ, & vel frequentiores, tum Heb-  
domadariæ; septimus cujusq; septimana dies,  
in prime creationis, & ex Ægypto educationis  
memoriam observatus Exod. 12. 17. Deut. 5. 15.  
tum Menstruæ Neomensia seu Novilunia; primo  
Men-



*Mensis die, ad Judæorum Gentiumq̄, distincti-  
onem, Num. 28. 11. quibus illi Deum, planeta-  
rum exercitusq̄, cœlestis autorem esse, confiteban-  
tur contra Ethnicos, qui eosdem Deos Deastro-  
q̄ existimabant. Vel rariores tum Anniversa-  
riæ & vel vernaes tum Pascha Exod. 12. 4. tum  
Pentecoste Lev. 23. 10. vel Autumnales, tum  
universales, Festum Tabernaculorum, tum  
particulares Festum Tubarum Lev. 23. 24. &  
Festum expiationis Lev. 16. 29. tum Sabbathariæ  
& vel Sabbathum septimi anni Exod. 23. 11.  
vel Annus jubilæus Lev. 25. 8.*

4. *Partim mediatè ab Ecclesiâ ordinatæ,  
quæ vel luctuosiores, ut jejunia edicta ad recor-  
dationem tum rerum, velut captivitatis Baby-  
lonicæ Zach. 8. 19. & fractarum Tabularum  
Exod. 32. 19. 20. tum Personarum, ut Godo-  
liæ 2. Reg. 25. 25. & Estheræ Esth. 4. 16. vel  
latiores tum Liberationis. Festum Purim Est.  
9. 26. tum Expiationis, Festum Encæniorum  
1. Maccab. 4. 59. & expiatæ arcis Hierosoly-  
mitanæ, 1. Maccab. 13. 50. vid. Marcus Lom-  
bardus lib. de Judæorum ritibus, & Hospi-  
nianus de Festis Judæorum, Dresserus, Wil-  
kuis.*

5. *Quanquam verò ad antiquas illas, Ju-  
daicasq̄, Festivitates Ecclesia N. Testamenti non*



sit obstricta; quia ipsum Christi corpus, quod iis  
præfigurabatur, iam est exhibitum Colos. 2. 19.  
Heb. 10. 1. & quia ad cultum Leviticum specta-  
bant, quæ singula cum novo fœdere sublata sunt;  
dicendo enim novum antiquavit prius Heb. 8.  
13. In earum tamen locum, alias divino verbo  
congruas, ex libertate Christianâ constituit; ut  
Deus celebretur Colos. 3. 17. & omnia in Ecclesiâ  
fiant κατὰ τὰ ἔτι καὶ εὐσχημόνως 1. Cor. 14. 40.

6. Suntque illæ N. T. vel Hebdomodariæ,  
ut dies Dominica, quæ contra Judæorum con-  
suetudinem, in primam septimanæ diem trans-  
lata celebratur; quia eâ Christus è mortuis, tan-  
quam victor & Rex regum prodiit eamque sancti-  
ficavit Matth. 18. 1. Marc. 16. 1. unde & Regalis  
dies nuncupatur. 2. quia hac Deus mundum  
creavit Gen. 1. 1. 3. quia eâ separantur Chri-  
stiani à Judæis & Turcis, quorum illi diem Sa-  
turni, hi Veneris sacrum habent, ex Concilio  
Laodicensi Origan. in introd. cap. 77. 4. quia  
hanc Apostoli ipsi celebrarunt, 1. Cor. 16. 2.  
Apoc. 2, v. 10. 5. quia veneranda Antiquitas  
approbavit, uti Cyrillus lib. 7. c. 58. Ignat.  
Epist. 3. ad Magnes: Justin in Apol. 6. quia  
eam Ecclesia confirmavit annuente Constantino,  
ut refert Eusebius lib. 4. de vita Constantini  
c. 15. Vocatur aliàs dies Panis, propter Cœnæ



usurpationem, dies Lucis, propter Baptismi ad-  
ministrationem, dies Solis, propter Christi ju-  
stie Solis significationem, Malach. 4. 2.

7. Vel sunt Anniversariae, eaq; vel Tri-  
duanæ de Christo, in statu tum Exinanitionis, ut  
Natalitia, quæ uti perhibet Theophilus, jam sub  
Commodi & Severi Impp. Imperio celebrata: tum  
Exaltationis, ut Pascha ab ipsis Apostolis Ecclesie  
commendatū censente Eusebio lib. 5. cap. 23. 24.  
25. Unde orientalis populus, hoc Festū olim 14. post  
æquinoctium vernum agitabat, allegans hunc  
ritum ab Apostolis Philippo & Jacobo sibi injun-  
ctum; occidentalis autem, Dominicam, diem  
14. æquinoctii vernalis sequentem elegit, exem-  
plo Petri & Pauli natus, quem morem etiam nunc  
nostræ sequuntur Ecclesie. et Pentecoste, dies  
50 post Pascha Ecclesie celebratus; unde &  
Πεντηκοστή dictus Act. 2. 1.

8. Vel Ephemeræ & tum universales, quas  
universa observat Christianitas, quæ concernunt  
Deum partim Trinum, unde Festum Trinitatis,  
à Gregorio IV. Pontifice indictum. partim in-  
carnatum respicientes etatem Christi tum infan-  
tilem ut est Circumcisio, de qua Bernhardus,  
qui Anno 1140 claruit, & Ivo Carnotensis  
circa annum Christi 1090 primi ferè scripse-  
runt. Et Epiphania, sic dicta propter stel-



lam Magos ad Iesulum ducentem. Tum virilem  
in statu humiliationis, quoad officij inaugura-  
tionem & est Festum Baptisationis Christi. &  
quoad Passionem ut est dies viridum, olim ca-  
pitulavium nuncupata, exhibente Durando lib.  
6. Ration. c. 76. quam Leo II Papa circa an-  
num Domini 682 precepisse fertur in lib. Pon-  
tificali. Et dies mortis Christi seu Parasceve.  
In statu exaltationis est Ascensio Domini, de  
qua primam Augustinus Epist. 118 memori-  
am reliquit.

9. Particulares, quas non ubiq; locorum  
colit Ecclesia, sunt vel Angelorum, ut Festum  
Michaëlis, de quo vid. Hospinianum p. 138.  
& seqq. vel Hominum, tum extra numerum  
Apostolorum, partim mulierum, & vel Mariæ  
ante natum Christum, ut est Annunciatio Ma-  
riæ, cuius mentionem facit Athanasius circa an-  
num Christi 340. Et visitatio Mariæ, ab Ur-  
bano VI. Pontifice anno 1389 introducta, & in  
Synodo Basiliensi sess. 43. anno 1432 confirmata,  
Vel Magdalenæ, ut est Festivitas Mariæ Magda-  
lenæ. Post natum Christum est Purificatio Ma-  
riæ anno Christi 542. à Justiniano Imperatore  
sub 8 imperij sui anno instituta, uti monstrat Si-  
gebertus in Chronico & Paulus Diaconus lib.  
16. partim virorum tum puerorum ut Festum



Innocentium, tum adulatorum ut Festum Ste-  
phani; de quo Gregorius Nyssenus in Orat. de  
S. Steph. & Johannis Baptistæ, bina festa, na-  
tivitatis & decollationis. In numero Aposto-  
lorum, sunt vel prioris semestris, & vel unius  
Apostoli, ante Nativitatem Christi, ut Festum  
Andree & Thomæ. Post Nativitatem conjun-  
ctim, Johannis Evangelistæ; distinctim, Con-  
versio Pauli & Matthiæ, vel duorum, ut Phi-  
lippi & Jacobi, ut & Petri & Pauli. vel poste-  
rioris, & iterum vel unius in æstate, ut Jacobi  
& Laurentij, & in autumno Bartholomæi &  
Marthæi, vel duorum, ut Simonis & Judæ.

10. Has autem Festivitates, Apostolorum me-  
moriam sacras, quas Gregorius IV. Pontifex circa an-  
num Christi 834 iussit, testante Durando lib. 7.  
Ratione 34. recolit Ecclesia, non ut illis cultum divi-  
num exhibeat, hoc enim impium foret Esa. 42. 18. cum  
nullibi in scripturis præceptum, nec simile extet exem-  
plum: Sed ut Deo pro tanto eorum ministerio gratiam  
habeat, eorum fidem imitetur, & intueatur exitum con-  
versationis eorum, uti Paulus monet Heb. 13. 7.  
Honorandi enim sunt sancti propter imitationem:  
non adorandi propter religionem, inquit eleganter  
Augustinus contra duas Epist. Pelag ad Bonifac.  
& repetit Augustana confessio Art. 21.

11. Ex his prima est Andree Festivitas,

4 5 . quam



quam sub exordio statim anni Ecclesiastici celebrat  
Ecclesia; quia primus hic fuit Apostolorum, qui &  
vidit Christum, & visus à Christo, primusq; secu-  
tus, quiq; fratrem suum Simonem Petrum ad  
Christum adduxit Job. 1. 41. propterea etiam  
dux Apostolorum & coryphaeus, Patrum autori-  
tate salutatur, juxta Damianum serm. de S.  
Andrea. Et cui primitiva Vocatio Domini in  
cruce oblata est secundum Bernhardum. 2. quia  
nomen ejus est admonitorium, quò simus fortes &  
constantes in fide & confessione; hoc enim est  
ἀνδρεία & ἀνδρῖς Gal. 1. Cor. 16. 13. quae & pri-  
ma virtus apud Aristotelem in Eth. lib. 3. c. 6. ad  
Nicom. 3. quia prima columna Tabernaculi Dei,  
caeliq; novi Jaspis crystallizans dicitur Apoc. 21, 11.  
qualis Andreas, dum velut Jaspis, invictus per-  
mansit usq; ad crucem, & crystallizans in caelo Ec-  
clesiae Apoc. 12, 1. dum facē verbi, multis etiā in cru-  
ce adhuc vivus aliquot dies, teste Hist. Eccles. prae-  
luxit; unde Andreas à quibusdam, Polus nuncu-  
patur Arcticus, quia capite sursum: Petrus an-  
tarcticus, quia capite deorsum; ut referant car-  
dines, ille partis hybernae, hic aetivae. 4. quia  
fuit de tribu Juda, in quam alias Principatus e-  
rat collatus Genes. 49, 10. 5. quia Evange-  
lium in hoc Festo quoq; continet fundamentum &  
primum salutis nostrae principium, quod est voca-



zio ad ministerium, de qua etiam Apostolus in  
presenti agit Epistola, dum depingit Fidei tum  
naturam tum genituram.

12. Illud vel universaliter, ostendendo ra-  
tionem, quod medium consequenda salutis ac ju-  
stitiae Dei sit fiducialis attestatio v. 9. cuius de-  
scribitur modus, quod sit externa oris confessio,  
quoad subjectum; Non quidem quaevis simplici-  
ter & cuiusq; privata contestatio: Sed partim  
publici Ministerii professio; placuit enim DEO  
per stultitiam praedicationis salvos facere credentes  
1. Cor. 1. 21. potissimum tamen pia peculiaris fidei  
confessio, quae est salutare organon fidei & alenda  
& conservanda 1. Joh. 4. 2. 2. Joh. v. 7. Hebr. 3.  
I. Quemadmodum igitur ministerio Apostolorum  
aliorumve Ecclesiae doctorum, verbum DEI est  
annunciatum: ita nostrum quoq; est in omni sta-  
tu illud acceptare, confiteri ac docere; quò etiam  
alii per hoc ipsum, cooperante Spiritus S. gratia  
ad Christum perducantur. Ad quam confessio-  
nem Paulus hortatur precipiendo, quò sermo  
Christi habitet in nobis abundanter Colos. 3. 16. &  
formulam praescribendo, quae est norma sanorum  
verborum, 2. Tim. 1. 6.

13. Et quoad objectum, quod est JESUS  
Christus; is enim salus est animarum nostrarum  
1. Pet. 1. 9. & cognoscendus quoad personam &  
quoad



quoad officium; Propterea utraq; appellatio hoc loco ab Apostolo jungitur, ut ita intelligatur tota doctrina secundum Hilarium lib. 10. de Trinit. & Augustinum. Et proinde confitendus hic nobis, 1. propter mandantis auctoritatem Matth. 10. 31. 2. propter neglecti periculositatem Marc. 8. 88. Luc. 9. 26. 3. propter Christianae vitae gravitatem 2. Cor. 4. 13. Heb. 10. 13.

14. Tum interna cordis consensus, quoad subjectum, ut corde credamus; Non enim sufficit, ut quis ore confiteatur saltim: Sed corde quoq; credendum, imo applicandum itidem Matth. 8. 13. quoad objectum, quod DEUS illum, nempe Christum Jesum e mortuis resuscitaverit. Per Deum autem h. l. primario Pater intelligitur; quia, 1. ille nostram motus misericordiam Filium in carnem misit Job. 5. 37. Gal. 4. 4. 2. quia Pater in mortem quoq; filium tradidit Rom. 8. 32. Luc. 23. 46. ideoq; 3. etiam illum a mortuis resuscitavit Eph. 1. 20. Facit autem Paulus solius Resurrectio- nis, & mortis ejus mentionem tanquam duorum extremorum, reliquam Christi vitam meritumq; includentium: quia 1. illa ipsa est victoria Satanae mundi & Gehenne, de qua potissimum gloriari & confiteri possumus Rom. 4. 25. & 6. 10. 1. Pet. 1. 13. 2. quia antea dixerat, non opus esse, ut iustitiam coram Deo valentem quarentes in caelum ascen-



ascendamus, ad deducendum illinc justificatorem nostrum, quia iam Christus propter nos & nostram salutem descendit, Job. 1. 10. 11. c. 3. 8. neq; ut infernum penitremus ad revocandū illum, quia iam à mortuis resurrexit, nosq; molestis his universis liberavit 1. Cor. 15. 4.

15. Et Effectus, qui est Salus; quæ est peccatorum remissio Rom. 4. 6. cum Deo reconciliatio 2. Cor. 5. 18. conscientie tranquillatio Heb. 13. 18. Spiritus S. collatio Gal. 3. 2. contra mortem consolatio 1. Cor. 11. 30. post mortem anime refrigeratio. Apoc. 14. 13. in extremâ die præclara triumphatio 1. Cor. 15. 54. & vite æternæ possessio Matth. 25. 46. Job. 10. 27. Et tribuitur fidei, non tanquam operi: sed velut instrumento justiciam Christi salvificam apprehendenti: Confessioni vero, tanquam externo quodam & in sensus incurrente signo, propalam fidem hominibus declaranti.

16. Et operatio v. 10. tum fidei; quia corde creditur ad justitiam. Ordine igitur hic inverso agit Apostolus; sicuti enim antea præmiserat fidei confessionem, quia ex fractu arbor, & ex confessione fides colligitur Matth. 7. 17. ita nunc vicissim hanc illi subnectit; ut demonstret vere tamen fidei effectum esse confessionem. Et eatenus preposito eis causam notat instrumentalem

re



respectu nostri; quia per fidem justitiam illam  
Dei apprehendimus Gal. 2, 16. & quia fides est  
organon illud applicationis ejus, quod in verbo  
DEI predicato proponitur, ut is qui credit Eu-  
angelio de Christo, justus coram Deo reputetur  
gratis, imputatâ nimirum justitiâ illâ, quam  
Christus agendo & patiando reparavit. Rom 3,  
24. c. 5, 1. & 6, 18.

17. Tum Confessionis, quod fiat ad salutem  
partim organicè, respectu DEI, quatenus per  
illam ipsam confessionem & verbi divini predica-  
tionem vera salus & iustitia nobis offertur 1. Job.  
4. 2. 2. Job. 7. Hebr. 3. 1. c. 4. v. 10. 23. Et ita  
phrasis illa εἰς σωτηρίαν non significat causam,  
propter quam quis eam accipiat, sed ordinem Dei,  
quibus is gradibus salutem nostram perficiat, &  
quomodo aliud ex alio sequatur Roman. 16. 2. Cor.  
8. 10. Phil. 1. 19. 2. Tim. 3. 15. 1. Pet. 1. 1. 5.  
partim effectivè, respectu nostri, quatenus illa  
à fide proficiscitur & eam testatur; Fides enim non  
ociosa est, sed, si vera, efficax Jacob. 2, 14. Phil.  
5. 7. 1. Johan. 2. 9. 10. 11. per confessionem  
imprimis 1. Pet. 3. 15. Quae omninò necessariò reo-  
quiritur ab homine Christiano; ut probet se non  
tantum fide justificatum & salvum spe: Verum  
etiam re futurum & coheredem salutis, quæ à  
DEO



DEO per verbum offertur, à fide accipitur & confessione demonstratur. Cor enim ipsum ore indiget inquit Theophylactus, & fides mentis quidem iustificat, ceterum confirmata salus est in confessione sita; tum enim effulget, adeoq; plures adjuvantur. Eget autem & os ipsum corde, siquidem multi ore confitentur Christum, corde longè ab eo disiti.

18. Particulariter subjungendo confirmationem quæ est Scripturæ allegatio v. 11. in quo norma, quod dicat Scriptura. Esa scilicet c. 28. 16. Per hanc confirmat thesin suam, ne alieni quicquam ab eâ dixisse videatur; quia ejus maxima est dignitas, quippè quæ Θεόπνευτος 2. Tim 3. 16. & summa infallibilitas Matt. 24. 35. Marc 13. 31. & promissionum firmitas Psalm 33. 4. Es. 28. 20. & forma quoad subiectum, quod sit omnis credens; Non enim simplex notitia aut assensus: Sed certa in Christum requiritur fiducia 1. Iob. 2. 18. Heb. 3. 6. Eph. 3. 12. quæ non frustratur spe, quâ vitam quis æternam exspectat Rō. 5. 5. sed eandem certò pollicetur Rom. 8. 24. propter DEI promissionem Joel 2. 32. propter Christi meritum & intercessionem. Beati igitur qui in eum confidunt Psalm. 2. 12. Et quoad prædicatum, quod nulla subsit confusio; qui enim credit in eum non confundetur. Quæ verba desumpta ex Esa. 28. 16. in Ebraeo habent, non festinabit; quod



quod eleganter Paulus reddidit ἔνατασχυοῖς  
Ἰήσους; quippe qui festinat, trepidat, fluctuat &  
anxius est, ille hesitat certe, & non potest esse cer-  
tus: qui verò credit, non hesitat, sed certus est: si  
certus est, pude fieri nequit, ideo anxius non est,  
nec trepidans, nec festinans; proinde utraq; sunt fi-  
delium non festinare & non pude fieri. Illud autem  
ἐπὶ αὐτῶ ex 70 citatum est, & subintelligitur  
Christus; de eo enim, tanquam lapide angulari lo-  
cutus erat Propheta.

19. Et applicatio, quæ est universalis con-  
vocatio v. 12. in quo quoad objectum, ne-  
gando, quod nulla Gentium sit distinctio;  
quantum videlicet ad fidem & salutem consequen-  
dam attinet; Græci enim æq; ac Iudei sunt vocati,  
quamvis hi illis tanquam Dei speculum, ad tem-  
pus sint prelati Act. 13. 46. Apud Deum enim non  
est respectus personarum: Sed in omni gente, qui  
timet ipsum & operatur justitiam, is acceptus est  
illi Act. 10. 35. Deut. 10. 17. Eph. 6. 9. Colos. 3. 25.  
1. Pet. 1. 17. Propterea Apostolus antea quoq; ad-  
jecit particulam πᾶς, quæ quidem in Ebraeo non  
habetur: Sed ad explicationem loci indefiniti ad-  
hibetur; ut ostendat neminem esse à gratia DEI  
exclusum. Per Græcos autem indigitat omnes re-  
liquas Gentes, quæ non sunt Iudei per Synecdochen

scri-



Scriptura usitatissimam; unde & apud Paulum frequens est Iudeorum & Grecorum oppositio Romo I, 16. 2. 9. 10. 3. 9. I. Cor. 1, 24. Gal. 8, 28. I. propter Graeae Gentis celebritatem 2. propter lingua tum temporis universalitatem juxta Cic. pro Archia.

20. Confirmando partim à subjecto quia Dominus omnium; 1. ratione creationis Eph. 3. 9. 2. ratione gubernationis I. Cor. 8, 6. 3. ratione redemptionis I. Pet. 1, 20. 4. ratione cōservationis I. Pet. 5, 7. & à prædicato, quia idem ille Deus dives est in omnes, qui invocant eū. Divitiae haec, quae emphaticè satis de Deo dicuntur, sunt divitiae misericordiae Eph. 2, 4. & gratiae Eph. 1. 7. quas largiter effundit, certasq; notas gloriae divitiarum suarum nobis relinquit, quas deprehendere est, si cogitaverimus 1. quae & qualia det? non vulgaris & terrestria temporariaq; tantum: Sed & caelestia & aeterna Eph. 1, 3. quantum det? non necessaria tantum: Sed etiam abundantia, sive terrena respicias, sive caelestia, quomodo det? facile, non aegrè, hilariter non cum maestitia, libenter & cum gaudio, quibus det? non dicit mercantibus, potentibus, sapientibus, magnis: Sed invocantibus: Oportet ergo, ditissimus ut sit possidendo, qui tam largus est benefaciendo.

B

21. Quo-



21. Quoad requisitum est oratio v. 13. In  
quo Subjectum omnis, qui invocaverit nomen  
Domini. Locus hic ex Ioëb 2, 32. allegatur ad  
confirmandam universalem probationem, quod o-  
mnis omnino invocare debeat nomen Domini  
quippe invocatio, fidei individua comes. Ubi e-  
nim fides, ibi suspiria & preces; ubi haec, ibi & il-  
la. Precibus enim se fides cum Christo fortius  
unit, & omnia impetrat Iob. 15. 7. Nomen au-  
tem Domini invocare, nihil est aliud, quam lau-  
dem & gloriam ejus, quod sit bonus, misericors,  
clemens, propitius, verax, omnipotens, de præ-  
dicare & propterea spem in eum collocare. Et  
prædicatum, quod sit salvus. In Ebraeo pro  
וַיִּשְׁעֵתָא est eripietur: quæ tamen diver-  
sa non sunt: Sed unum idemq; qui enim ex per-  
ditione & periculis temporalibus & æternis eripi-  
tur, ille salvatur & gratiâ Dei benignè fruitur.

22. Et verbi annunciatio, v. 14, In quo per  
assertionem quoad præstationem, quâ demon-  
strat Apostolus per climacem Rhetoricam, in quâ  
ordinem, media & instrumenta fidem conferendi  
exhibet; Probare enim sat agit necessum fuisse, ut  
mitterentur Evangelii Doctores etiam ad Gentes;  
quia invocatura essent Deum, uti patet ex vaticini-  
antis Ioëlis dicto, quæ invocatio postulat antece-  
dentem notitiam ejus, in quem creditura essent.  
quoad



quoad effectum, externum; quomodo enim invocabunt, in quem non crediderunt. Fundamentum igitur vera invocationis fides est; ut in quem non credamus, eum quoque non invocemus. Tum internum, quomodo verò credent ei, quem non audiverunt? Fides enim nititur verbo predicato & accepto; siquidem illud nos de voluntate Dei instruit. Et Deus ordinariè non nisi per verbū, fidem & Spiritum S. neque gratiam aliter, nec salutem hominibus confert. Quoad medium, quomodo autē audiē, sine predicante? ubi enim nemo predicat, ibi nemo audire potest. Et proinde si invocandū, credendum: & si credendū, audiendum: & si audiendum, predicandum quoque est de Christo Evangelium. Magna igitur Praeconum verbi est necessitas; quia sine illis consilium Dei nobis non revelatur, nec fides accenditur. Non ergo contemnendi 1. Tim. 4. 12. Sed magnificandi 2. Cor. 5, 20. & audiendi Luc. 10, 16. Heb. 13, 17. & diligendi 1. Tb. 5, 12. 23. Et quoad Legationem per declarationem v. 5. In quo per positionem quod requiratur a postolorum missio; quomodo enim predicabunt nisi mittantur? unde rursus ministrorum Evangelii dispalescit autoritas; quia à Deo mittuntur Matth. 6, 10. Heb. 5, 4. & Angeli Domini appellantur Esa. 33, 7. Malach. 2, 7. & officii proprietatis; quae est verbum sincerè predicare, & Sa-



eramenta ritè administrare, juxta mandatum  
Christi Matth. 28, 19. Marc. 16. 15. Expectanda  
igitur est missio, nec currendum antequam à Chri-  
sto mittantur Ier. 23, 21. propter 1. officii diffi-  
cultatem 2. propter tentationum varietatem 3.  
propter carnis imbecillitatem; qui enim seipso Ec-  
clesia obtrudunt, per illicita media, ovile Chri-  
sti non à debito limine ingrediuntur Iob. 10, 1.

24. Et per confirmationem; quia scriptum  
est: quam speciosi pedes evangelizantium bona.  
Verba sunt Esaie 52, 7- subito Ecclesie in tenebris  
herenti lucem exorta in decantantis; quæ lux ab  
Apostolis pariter in Iudeos ac Græcos diffusa est.  
Et ideo ωγαῖ speciosi, lætæq; tempestivi eorum pe-  
des dicuntur; ita enim cum Paulo legit Tertull.  
lib. 5. advers. Marcion, c. 2. August. lib. 32.  
contra Faustum c. 10. quamvis in 70. habeatur  
ωγα seu ver, quod itidem pulcrum denotat; hoc  
est, adventus eorum expectatus gratus & speciosus  
erit 1. propter ipsum verbum, quod lætificat cor-  
da hominum peccatis contristatorum Psal. 19, 8.  
quia 2. per eos & in iis ipse consolator advenit  
Esa. 61, 1. 2. Cor 5, 19, 20. Nabum 1, 15. 3.  
quia annunciant pacem cum DEO Phil. 4, 7. pa-  
cem conscientie & remissionem peccatorum Act. 5,  
31. Non enim Evangelium est terroris concio:

Secd



Sed laeta pacis doctrina & predicatio, & verbum  
vite Eph. 6, 15. Ioh. 6, 68. Comparatur autem  
adventus predicantium Evangelii Pedibus;  
partim propter summam cursus Evangelici cele-  
ritatem, & successus felicitatem, quâ primario  
Apostoli totum terrarum orbem velocissime & fe-  
licissime emensi sunt, & queis etiamnum hodiè  
Secundario Evangelii Doctores uti fas est, nisi ma-  
ledicti audire velint Ier. 48. 10. Partim propter  
contemptam à mundo Ministerii verbi autorita-  
tem; quia nec Christum novit Ioh. 1, 10. nec  
patrem Ioh. 17. 25. & propterea Christum, e-  
jusq; ministros odio prosequitur Ioh. 7, 7. 15, 18.  
1. Ioh. 3, 13. quia non sunt de mundo, 1. Ioh. 4.  
17. 14.

25. Per objectionem, de verbi operatio-  
ne; cuius adornatur Propositio v. 16. in quo  
declaratio; quia non omnes obedierunt, uti Gre-  
cus & Syrus legit; quia loquitur de Iudeis de qui-  
bus & Esaias & Ioël locuti erant. Quo ipso o-  
mnem penitus culpam Paulus à DEO amolitur,  
quasi ille non omnibus procurasset salutem & fi-  
dem, cum Iudeis quidem primum: deinde tamen  
& Grecis predicatum sit Evangelium, atq; sic i-  
psi potius in culpa sint, quò minus convertentur;  
& fiat ipsis verbum vite odor mortis ad mortem.



Ita enim perpetuo bonis mali, sinceris hypocrita, obedientibus contumaces, optimo semini zizania admixta sunt in Ecclesia; quemadmodum & malum inter suos. 12. Christus expertus est, & sancti viri, de auditorum suorum inobedientia conqueruntur Esa. 5, 53. Isr. 6, 10.

26. Et Confirmatio à Propheta testimonio, quod nemo mirari debeat fidelium paucitatem; cum generatim jam olim eandem prevederit Esaias, propter futuros verbi contemptores, empæctas, & tales, qui restituri sint Spiritui S. Speciatim, quod licet pauci sint, qui credant; hos tamen æq. ex auditu fidem haurire. Et propterea emphaticâ metonymia, verbi prædicatio à non seu auditus vocatur uti & Habac. 2, 14. quia per eam operatur in nobis Spiritus S. fructus fidei.

27. Conclusio, quod debeat esse verbi auscultatio v. 17. in quo tum de fide; quia fides ex auditu est, seu per auditum ut Græcè, & Syriacè. Unde Origenes ex quibusdam Græcis citat, per verbum Christi id est de Christo. Nimirum per auditum fides instillatur Adultis: de illis enim hic Apostolo sermo est, quia inquit, quod obedire noluerint, quod de infantibus affirmari æq. non potest. Infantes enim fidem concipiunt.



fiunt mediante verbo visibili ordinariè Bapti-  
simo, quod est lavacrum aquae in verbo Eph. 5. 26.  
per quod Deus mirabiliter fidem & salutem juxta  
promissionem suam operatur. Nec excluditur  
hic lectio; cum idem verbum sit, sive praedicetur,  
sive legatur, sive scribatur; haec enim scripta sunt,  
ut credatis Ioh. 20. 21. tum de auditu, quod sit  
expedita Evangelii propagatio, quae sola ab able-  
gante Deo dependet, ut ita concludatur proximū  
medium consequendi fidem esse auditum verbi di-  
vini, & propterea necessario postulari; non e-  
nim porcis hoc projiciendum Matth. 7, 6.

28. Et quod facta sit praedicationi verbi pu-  
blicitas v. 18. in quo occupatio de verbi audi-  
tione; Numquid non audiverunt Gentes videlicet  
quae hoc objicere potuissent, quasi illis minimè praedi-  
catum fuisset, & propterea gloriari se excusa-  
biles esse, ubi illud dico quasi per parenthesis praemi-  
nuitur. Et Solutio de auditu verbi praecipio-  
ne, quod absurdum sit hoc asserere velle; quippe  
uti nemo illud Celorum praeconium Solem, cuius  
Psalm 19, 5. descriptio est, & unde haec verba ap-  
plicantur & explicantur, ignorare possit: ita  
colligit Apostolus quoque nullum fore, qui non vel  
fando Evangelii vocem audierit; cum in omnem  
terram sonus Apostolorum exierit, & in fines or-  
bis terrarum verba eorum. Et quamvis in E-  
braeo



bræo Canon habeatur, tamen secundum 70. sonus eorum est canon ille, ad quem omnis fides & vita exigenda; unde & ipse Apostolus suam doctrinam vocat *κἀνόνα* Gal. 6. 16. Phil. 3, 16. usq; igitur adeo seria est hæc Dei vocatio, quo ad poenitentiam ducantur universi; ut nullum angulum reliquerit, ubi non sonus & verba ejus penetraverint, etiam Apostolis adhuc superstitionibus, uti docet ipse Apostolus Colos. 1. 6. Nam uti Niceph. 1. 2, c. 40. Iren. lib. 1, c. 1. Euseb. lib. 6, c. 1. & lib. 2, c. 1. perhibent, diviserunt inter se mundum Apostoli, atq; ita voce sua universum impleverunt. Unde Hieronymus existimat, nullam gentem remansisse, qua nomen Christi ignorasset, & Tertullianus judicat credidisse Christo multas gentes etiam insularum multarum, & quas enumerare non possumus. Uti & habent Chrysostomus, Theophylactus & Euthymius. Nam licet jam non ubiq; audiatur: tamen olim auditum est, & propter hominum ingratiudinem sublatum est verbum; siquidem ubi prædicantis hominis presentia defuit: sonus tamen & fama pervenit uti in h. l. testatur præclare Ambrosius.

### HINC NOTA.

1. Si confessus fueris. ) Considera & confessionem requiri propter proximum & fidem propter



per te ipsum; ut discas non tantum corde credere:  
re: verum etiam ore confiteri.

II. Quomodo invocabunt. ) Considera  
neminem posse in vocare Deum, nec in eum crede-  
re, nisi audiverit predicatum verbum de eo; ut  
discas venerari verbum ejusq; ministrum.

III. Quis credit sermonibus nostris?) Cō-  
sidera multos audire, sed non credere; ut discas  
alterum sine altero non prodesse ad salutem: sed  
jungendum utrumq;.

## QUÆSTIO PHILOLOGICA ex Evangelio.

I.

*An una vel multiplex sit vocatio Andreae  
& Petri? R.*

**A**ugustinus lib 2. de consensu Evangeli-  
starum c. 17. tom. 4. vult triplicem esse,  
cum in triplici loco fiat ejus mentio Matth. 4, 21.  
Luc. 5, 10. Joh. 1. 42.. aliamq; vocat ad Christi  
familiaritatem, de qua Johan. 1, alteram ad  
discipulatum, de qua Luc. 5. tertiam ad Apostola-  
tum de qua Matth. 4. & Marc. 1. Sed nobis  
placet Chemnitii sententia, unam esse vocatio-  
nem; quia est una historia varietate tantum cir-  
cumstantiarum aliter atq; aliter descripta, dum

C

i. i.



1. idem locus 2. eadem piscatio 3. eadem sequen-  
di jussio 4. eadem ferè verba 5. eadem imprimis  
vocatio. Lucas quidem dicit relictis omnibus se-  
curos esse; Mattheus relictis retibus: sed quis  
non intelligit ea omnia esse intelligenda, que in præ-  
sentia habuerint piscatores? naviculam scilicet  
& retia. Et quamvis 2. Lucas non meminerit  
Andream, quia tamen in eadem navi fuit, ut ver-  
ba sunt Augustini, dixit ad Petrum: sed & dixit  
ad alios. vid. Molin. in union. Evangelist.

## II.

Quomodo Apostoli statim secuti Christum,  
& reliquerint omnia?

Responsio.

Porphyrius & Julianus, qui postea factus  
apostata arguunt hic vel imperitiam, vel stulti-  
tiam Apostolorum, quod ad primam vocationis  
vocem, secuti sint hominem irrationaliter vocan-  
tem. Sed sciè ipsis respondit Augustinus in  
Homilia S. Andree dum inquit: Si Dominus  
hujusmodi creaturas condidit, quæ alias vi-  
cissim ad se trahere valent creaturas, ut in ma-  
gnete & succinis cernitur, quibus tanta vis &  
potentia inesse cognoscitur; ut ferrum etiam sti-  
pulam attrahat, & coherere faciat: multo  
magis ipse creaturarum conditor omnium, ad se-  
quendum attrahere poterat quos volebat.

For.



Ad

RESPONDENTEM.

**F**ortis Alexander magnus, sed fortior isto.

Andreas, Christus quem jubet usq; sequi.

Quod JESUS Dominus, consensus cordis & oris

Quò sit, ut harmonie talis ubiq; beet.

Oris enim prodest confessio, quippe salutem

Feri, ad justitiam cordis abiq; fides.

Hinc quisquis fedit nunquam pudefactus abibit,

Cres vel Apella licet, Tros Ruuliveve fuat.

Quisquis enim nomen Domini pius invocat,

ille

Teste Joele gravi numine, salvus erit.

Innocat at nemo nisi credat; credit ut audit.

Audit quod si quis predicet ante modo.

Pradicat at missus que sunt mera nuncia pacis,

Et gratus quisquis nunciat omne bonum.

Ipsa fides ex auditu progignitur; ipse

Auditus verò per sacra verba Dei.

Atque per terras horum sonus exiit omnes;

Orbis & in terris singula verba DEI.

Monstrat ALEXANDER cum Paulo. Pergat!

eritq;

Fortis ALEXANDER magnus in orbe sacro,

ita testatur

GUEINZIUS.

CAS.



CASPARI ALEXANDRI  
MARCHIACO

Sacrarum Pieridum  
Adonidi,

S.

**P**rimus *EPISTOLICAS* qui tentas, *Auspice*  
*CHRISTO,*

*DELICIAS* studio promere rite pio,  
*Phæbi* Delicium, *sacra* Dux gnave cohortis,  
*Dulcis ALEXANDRI*, fama futura *Sophûm*;  
*Eusebien* *Sophicis* conjungens ordine scriptis,  
*Ingenii* sat agis pandere vela tui.

*Delicias* alii mirentur *Alexandrinas*,

*Tu* mirariseas, *quas* *sacra* turba stupeat.

*Macte* tuâ pietate, *tuis* *præstantibus* ausis,

*Sic* *Tibi*, *sic* *reliquis* pandis *ad* *astra* *viam*!

*Delicias* modò perge *sacras*, & *habebere* *rursus*

*Delicium*q; *solo*, *Delicium*q; *polo*!

*Benivolo* *calamo* *scr.*

*M. Frid. Cablenus* *Poët.*

*Caspar*, *Conrector.*

F I N I S.



RI  
Quare, verò vobis has Deli-  
cias festivales ego inscribam, causa  
est: quia ego Gubenâ Lusatus  
vobis Uratislaviensibus confini-  
bus & concivibus debui: vobis  
Hallenibus, quia apud Vos per no-  
vendecim - annos Juventutem hoc,  
quod offerri curo, docui identidem.

Vos, o Magni & Magnifici per-  
gite utrobique communem gloriam!  
Et DEUS etiam sinat esse utrobique  
eandem perennem! Ita vovet ani-  
mitus Vester.

T.

Hallis die Simonis & Judæ

Christianus Gueinzius.



# P R E C E S !

**O**ptimus ille Liber, sancto qui Numine ple<sup>us</sup>  
nus

Creditur, atq<sup>ue</sup> modum qui brevitatis habet:  
Sic etenim legi ur: meliusq<sup>ue</sup> notatur ab omni,  
(Grandia quippe manent scripta voluta mi-  
nus)

Utilis hinc sacer est Labor hic Spiramine plenus,  
DELICIAS nobis qui dat EPISTOLICAS.

Esse cupis Talis, vis deliciusq<sup>ue</sup> beari?

Presentem GUEINZI perlege queso Li-  
brum.

At quis digna canet, Tibi, mi, praconia,  
GUEINZI?

Qui Genio clarus, clarus & Ingenio.

Ne tria, Te clarane! Charites ex Ore loquuntur;

Carmen Apollo dedit, Melpomeneq<sup>ue</sup> lyram.

Annos jam multos, doctes miramur & Artem,

Qua placuit sacros enucleare Libros:

Tecum Studiosa Cohors veneratur asylon,

Unanimo laudes buccinat ore Tuas.

Q vivas! vivas! vivas! en triplico, GUEINZI,

Si vis esse Pater, sum Tibi Gnatus Ego

M. Christianus Müller

Eccl. Hall. ad S. Mauric. P.



Egregiam certè laudem, Lauda-  
te, reportas  
Gueinzi, dum textûs solvis  
Epistolicos,  
Nimirum benè sic scholicâ de pu-  
be mereris,  
Immo tuis glossis pulpita sa-  
cra juvas.  
O utinam caperes condigna la-  
bore vicissim  
Præmia, næ facerem carmina  
grata Tibi!  
Ingratus verùm mundus, quod  
denegat illud  
In cœlis quondam largus  
JOVA dabit.

*M. Johannes Volckmarus*  
*Archidiaconus Hallis.*



**E**s verè verus Rector, Vir magne, Sophorum,  
Hinc Te miratur turba, celebrat, amat.  
Omne doces, quod habet triplex ac summa fa-  
cultas;

Et sic Pansophies Te bona fama beat.  
Nunc ut Thejologus conscribis dulcia, monstrant  
Ha festivales talia Deliciae.

Accipit has mea grata manus, cor gestit amare,  
Laudabit studium linguaq; perpetuo.

Perge docere Tuos. Et ridae scommata mundi;

Crede quod in caelis dona reposita Tibi.

Faxit JOVA, Tuis, Nobis, totiq; celebri

Gymnasio felix undiq; permaneat.

Discipulus vovet hoc. DEUS audiet, addet ho-  
(norem

Frugiferas faciet Deliciasq; Tuas.

Ita Praeceptorem ac Promotorem  
suum fidelissimum εὐψύχως ho-  
norat

Christophorus Dörffelius

Pastor ad D. Georgi Glaucha-  
Halsensis.

IN



Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks  
den in siedenden Bädern gereinigt und ge-  
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers  
den ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder  
gestellt.

ULB Halle

006 386 679




3

*Gabriele Grauer*

Halle, den 8.10.1970

*Th. 4968*









Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19  
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

ARUM  
LICARUM  
ALIUM

Prima  
IDE

GUEINZIO  
asij Hallensis

ente

ALEXANDRI  
archico.

D R E Æ  
XLIII.

XONUM  
pri Salfeldi.

2